Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Briefe - Cod. Aug. perg. 83

Paulus <Apostel, Heiliger>

[S.l.], [11. Jh.]

Epistula ad Hebreos 12, 26-13,25

urn:nbn:de:bsz:31-11851

Visual Library

cuius vox mouit terram tunc / modo autem
repromittit dicens · Adhuc semel et ego moue
bo non solum terram sed et celum · Quod aut
adhuc semel dicit declarat mobilium translationem
tamquam factorum vt maneant ea que sunt in
mobilia · Itaque regnum inmobile suscipientes
habemus graciam per quam seruiamus pla
centes deo cum metu et reuerentia · Etenim
deus noster ignis consumens est ·
Karitas fraternitatis maneat in vobis · et
hospitalitatem nolite obliuisci · Per hanc
enim placuerunt quidam angelis hospi
cio receptis · Mementote vinctorum tamquam
simul vincti · et laborantium tamquam
et ipsi in corpore morantes / honorabile conu
bium in omnibus · et thorus immacula
tus Fornicatores enim et adulteros iudicabit
deus / Sint mores sine auaricia / contenti
presentibus / Ipse enim dixit · Non te de
seram neque derelinquam / Ita ut confidenter
dicamus / Dominus michi adiutor non ti
mebo quid faciat michi homo · Memen
tote prepositorum vestrorum / qui vobis locu
ti sunt verbum dei · Quorum intuentes
exitum conuersationis imitamini fidem /
Ihesus christus heri et hodie / ipse et in secula · Doc
trinis varijs et peregrinis nolite abduci /
Optimum enim est gratia stabiliri cor non
escis / que non profuerunt ambulantibus
in eis / Habemus altare de quo edere
non habent potestatem / qui tabernaculo de
seruiunt / Quorum enim animalium
infertur sanguis pro peccato in sancta per
pontificem / horum corpora cremantur extra
castra / Propterquod et ihesus ut sanctifica
ret per sanguinem suum populum extra portam
passus est · Exeamus igitur ad eum
extra castra inpperium eius portantes
Non enim habemus hic manentem ciuita
tatem / sed futuram inquirimus Per
ipsum ergo offeramus hostiam laudis
semper deo id est fructum labiorum confiten

B

62

nomini eius. Beneficientie autem et commu
nicationis nolite obliuisci. Talibus enim
hostiis promeretur deus. Obedite pre
positis vris, et subiacete eis, ipsi enim
peruigilant quasi rationem pro animabus
vris reddituri, ut cum gaudio hoc faci
ant et non gementes. Hoc enim non ex
pedit vobis. Orate pro nobis. Confidi
mus enim, quia bonam consciam hemꝰ
in omnibus bene volentes conuersari.
Amplius autem deprecor vos hoc facere
ut quo celerius restituar vobis. Deus
autem pacis qui eduxit de mortuis pa
storem magnum ouium in sanguine te
stamenti eterni dnm nrm ihm xpm ap
tet vos in omni bono, ut faciatis vo
luntatem eius, faciens in vobis qd
placeat coram se, p ihm xpm, cui glā
in secula seculoꝝ Amen. Rogo aut
vos fres, ut sufferatis verbum solatii.
Etenim p paucis scripsi vobis. Cogno
scite frem nrm Thymotheum dimissu,
cum quo si celerius venerit videbo vos
Salutate omnes prepositos vestros, et
oms sanctos. Salutant vos de ytalia
fres. Gratia cum omnibus vobis
Amen. Explicit ad Hebreos
epla beati Pauli.

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE